Pauli apostolorum in ecclesia beate Marie virginis parrochiali Friberg nostre diocesis fundati et erecti per discretum virum dominum Gebehardum dictum Wolffgang ejusdem altaris rectorem pro anime sue ac progenitorum suorum salute necnon aliorum Christi fidelium animarum ad hoc suffragancium ac remedio peccatorum reempcionis tytulo a Nicolao dicto Opil pro sexaginta sexagenis Misnensis consimilis monete[d]) empti et comparati, prout in litteris patentibus et autenticis dicti Nicolai Opil vidimus plenius contineri, sunt oblati cum supplicacione humili et devota, quatenus dictos census et redditus annuos — gratanter acceptare, ecclesiasticis bonis annumerare ac ipsum altare tytulo ecclesiastico ac beneficiali insignire graciosius dignaremur, nos igitur Rudolffus — predicti altaris fundacionem dotacionem et ordinacionem — approbamus ratificamus et — confirmamus —. Rector vero sive altarista altaris prefati pro tempore existens ad tres missas septimanatim in dicto altari celebrandas per se vel alium ydoneum se noverit obligatum. Plebano eciam ecclesie ante dicte competens factum est restaurum, videlicet in tribus solidis grossorum, quos ortulanus ante valvam sancte crucis dictus Tichmecher et sui successores solvere tenentur eidem omni anno. Collacio vero sive jus patronatus dicti altaris, quocienscunque vacare contigerit, ad dictum Nicolaum Opil et suos heredes perpetuis futurisque temporibus pertinebit. Volumus eciam, si dicte sex sexagene — reemi contingeret, ex tunc altarista pro tempore existens de scitu et voluntate patroni — alios census et redditus in dotem et proprietatem altaris ante dicti comparare debebit, quos in locum predictorum, dummodo contractus empcionis hujusmodi licite celebratus fuerit, exnunc prout extunc in dei nomine confirmamus —. Nulli ergo —. Si quis autem —. Datum et actum in castro nostro episcopali Stolpen anno domini millesimo quadringentesimo tredecimo, sabbato post dominicam invocavit, autentico nostro sub sigillo.

168.

Franciscus Wylde, Rector der Pfarrkirche zu ULF in Freiberg, bestätigt die unter seinem Vorgänger Nicolaus vollzogene Schenkung von 4 Schock Groschen jährlicher Zinsen auf verschiedenen vor dem Meißner und vor dem Kreuzthore gelegenen, zu emphyteutischem Rechte ausgethanen Grundstücken jener Kirche durch Katherina Guldine an den Altar Mariae Praesentationis, der heil. Anna und des heil. Wenceslaus und ordnet die Patronatsverhältnisse des genannten Altars. Agnes, Priorin des Jungfrauenklosters, und der Convent eignen demselben Altar 63 Groschen Zinsen von Grundstücken des genannten Klosters. **1413 April 16.**

Hdschr.: Or. Perg. Rathsarchiv Freiberg K. 32. Zwei SS. an Pergamentstreifen. 1. Bild: Maria mit dem Kinde. Umschr.: S. Francisci Wildin. *2. Schild: drei Weinblätter (?). Umschr.* Sig. Agnetis priorisse.

Anm.: Die Confirmation der Stiftungen der Katherina Guldine und des Jungfrauenklosters durch Bischof Rudolf von Meißen d. d. Stolpen 1413 Mai 13 (sabbato post misericordia domini) *ebendaselbst; das wohlerhaltene S. des Bischofs an Pergamentstreifen (Bild wie Cod. dipl. Sax. reg. II, 3. Taf. IV Fig. 2. Darunter zwei Wappenschilder, rechts mit Agnus dei, links gespalten. Umschr.:* S. Rvdolphi episcopi ecclesie Misnensis). *Der Rector des Altars hatte wöchentlich drei Messen zu lesen und jährlich ein* anniversarium fundatorum et instauratorum ejusdem cum missis et vigiliis *abzuhalten.*

167. *d)* Misnensis consimilis monete *A.* grossorum clippeatorum similiter Fribergensis monete *B.*